



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Ex Valentiniani rescripto ab Ambrosio relato, quod explicatur. Iudicium in causa ecclesiastici ordinis. Decreta edita de sacris ordinibus. Honorij rescriptum in causa Chrysostomi, de canonicis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

miscat. Quæ ad hanc speciem referenda esse epistolæ integræ contextus docet.

Hilarius ad Constantianum.

Eadem mens est Hilarij hortantis Constantium Augustum ne permittat iudicibus suis ut Clericos vi, minis, & variis afflictationibus fractos, iis Episcopis addicant & subijciant qui adulterinam doctrinam spargunt: *Provideat & decernat clementia tua ut omnes se ubique iudices, quibus provinciarum administrationes credite sunt, ad quos sola cura & sollicitudo publicorum negotiorum pertinere debet, à religiosa se observantia abstinant, neque posthac presument atque usurpent & pntent se causas cognoscere Clericorum.*

Hincmar. in O. pasc. 51. Capit. cap. 10.

IV. Valentianus senior rescripto suo apud Ambrosium relato hanc sententiam fancivit, cum in causa fidei vel ecclesiastici alicujus ordinis cum iudicare debere statuit qui nec munere impar sit nec jure dissimilis, id est, cognitionem synodis deberi, si de Clericis, quæ Clerici sunt, quæstio instituitur. Iuvat hanc interpretationem Hincmarus Archiepiscopus Remensis, cum Leonis locum explicat, ubi decreta Pontificum de sacris ordinibus edita, servanda esse docet. *De sacris autem ordinibus promulgare est, qui & quot sint, & quales ac qualiter, & à quibus vel quando sint ordinandi, & quomodo ac quantum in singulis gradibus debeant ministrare, qualiter etiam ab ostiario usque ad summum sacerdotium quique valeant procechi. Et que sint ex eis à sedis Romane Pontificibus promulgata, omnibus in ecclesiasticis dogmatibus exercitatis constat esse notissimum.* Quò referenda sunt Honorij ad Arcadium epistolæ verba, in causa Chrysofomi à Theophilo Alexandrino & à Synodo ad Quercum, ordine iudiciorum non servato, ob canonicas accusationes, non autem ob fidei quæstiones, damnati, & in exilium ab Arcadio pulsati: *Cum si quid de causa religionis ageretur, episcopale oportuerit esse iudicium. Ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium. Sed esto, sibi de mysticis & catholicis quæstionibus amplius aliquid principalis cura presumpserit; itane usque ad exilia Sacerdotum, usque ad hominum cedes, debuit indignatio concitata procedere?*

Epistola Honorij Imp. ad Arcad.

V. Ea quæ protuli testimonia fati evincunt illud axioma verum esse quod probare contendit, nempe Cleri censuram imperatoris legibus non subjacere. Hoc sensu intelligendus est Basilius Imperator: qui in Octava Synodo iis verbis usus est, quæ suis finibus coerceri debent, ut illis sua ratio constet. De vitio ordinationis Photij, quæ contra Canones celebrata erat, in illo Concilio agebatur, & de restitutione Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani.

quæ duæ quæstiones iudicio illius synodi diremptæ sunt, & imaginum usus confirmatus. His ita peractis, Basilius ad synodum accessit, ut res decretæ etiam subscriptione sua robur acciperent; & addit: *Laico cuicunque nulla ratione de ecclesiasticis causis disputandi, aut universam Ecclesiam Oecumenicamque Synodum oppugnandi, fas esse dico. Hæc enim excutiendi, & in utramque partem agitandi, Patriarcharum, Sacerdotum, & Doctorum est officium, quibus à Deo ligandi & solvendi potestas est concessa. Nam laicus, etsi omni pietatis & sapientie laude prestat, tamen laicus est; & ovis, non pastor.*

VI. Attamen abstinere non debeo à duobus locis è Concilio Chalcedonensi petitis, quibus hæc sententia penè conceptis verbis est expressa. Dioscorus Patriarcha Alexandrinus literis Concilij evocatus, ut libello Eusebij Dorylaeorum Episcopi responderet, cum iudicio synodi stare noller, nisi adessent cognitioni accusationis adversum se delatæ gloriosissimi iudices & sacerdotum, qui pridie locum Principis in Concilio obtinebant; Cecropius Episcopus Sebastopolis, unus è tribus Episcopis qui missi erant ad vocandum Dioscorum, inanem hominis spem his verbis repulit: *Quando canonicæ quæstiones examinantur, neque Iudices neque alios laicos interesse oportet, nisi tantummodo tuam sanctitatem, quæ in propria accusatur persona. Idem fatetur ingenuè Iustinianus, jurisque illius rationem reddit: Si verò ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione ecclesiastica & multâ, Deo amabilis Episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis provincie iudicibus. Neque enim volumus talia negotia omnino scire civiles iudices, cum oporteat talia ecclesiasticè examinari, & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam multam, secundum sacras & divinas regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges.* Εἰ μὲν τοὶ ἐκκλησιαστικοὶ εἶναι τὸ ἀμαρτήματα, δὲ οὐκ ἐκ τῶν πολιτικῶν ἐστὶν ἡ ἐπιμέλειαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆτο κενότατος, μηδὲν ἐπινοοῦντων τῆς λαμπροτάτων ἀρχόντων τῆς ἐπαρχίας. οὐδὲ ἂν βεβλήμεθα τοιαύτας ἀποδείξεις ὅλας εἰδὲ γνωσκέμεθα τοῖς πολιτικοῖς ἀρχουσι, δὲ οὐκ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐξέλασσεμεθα, καὶ ἐπιμαρτυροῦμεν ἡμῶν τῆς ἀμαρτανόντων διὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιμέλειαν, καὶ τῆς ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, οἷς ἐν ἡμέτεροις καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀποδείξεσι νομοῖσι.

VII. Sed quoniam delicatioribus ingeniis est satisfaciendum, quibus omnia argumenta fastidium movent, nisi arte quadam & industria parata sint, docendum est, non tantum à iudiciis canonicis abstinuisse magistratus, sed etiam à legibus ea de re

Allocutio Hilarij ad VIII. Synod. Ath. x. August. II. etc.

Concil. Chalcedon. Ath. x. K. etc.